

possit movere voluntatem, & talis est apprehensio, unde se habet, ut simplex conditio sine qua non...

194 Sed contra obicitur 1. Tum quia causa ut causa essentialiter includit aliquid, quo non fit posterior suo effectu...

Resp. ad 1. finem tam secundum esse cognitum, quam secundum esse reale futurum esse priorum effectu...

195 Dices cum Hurt. applicatio diversae agentis ad passum non variat speciem effectum, parum enim refert, quod ignis ex illo, vel illo latere applicetur...

Secundum ad idem. Tum quia finis debet esse quid optimum. 2. Physi. 23. & 31. & 3. Met. 2. ut autem est in mente, nobilissimum esse habet...

196 Resp. ad 1. Arist. loquitur de fine in ordine ad media, quo modo perfectior est illis, saltem dupliciter loquendo, ut sic autem perfectissimus, & verius esse habet formaliter a parte rei...

per conditionem Ad 3. assumptum est verum de esse reali actuali, non de esse reali futuro. Ad 4. respondet Doctor ibidem...

ARTICULUS V.

An finis sit vera causa realis.

197 Quamvis ex dictis art. 3. pateat resolutio hujus difficultatis ad uberiorem tamen doctrinam placuit theoriam illam examinare...

Dicimus, nullum finem esse causam realem physicam, sed esse causam moralem. Concl. colligitur ex Scot. cit. art. 3. pro conclus. quibus in locis dum docet, finem intantum dici causam, in quantum movet efficiens ad agendum...

198 Respondet Tromb. quem omnes Recentiores sequuntur, finem, & si non habeat esse actuale existentiae realis, habere tamen esse apprehensum, & obiectivum, quod non est ens rationis, sed reale...

Sed iam ostensum est, finem secundum illud esse obiectivum, quod nihil est actuale, & solum ens reale nominaliter, non posse fundare illam relationem causae, in qua secundum nos consistit causalitas actualis...

si realis in actu, sicut Deus, quia causa actualis extrinsecae denominationis debet saltem habere fundamentum reale actuale, quo dicitur fundamentali actu causa reali...

ARTICULUS VI.

199 Manca 2. Physi. q. 9. dub. 3. aliam dat solutionem non multum ab allatis discrepantem, concedit enim finem non habere virtutem causativam realem a parte rei...

Sed haec solutio vel abutitur vocabulis, vel nihil valet, hoc enim est quod improbat, quomodo patet, quod in se est merum ens rationis...

Rationes in oppositum sunt solute art. 3. respondendo ad 2. arg. principale contra conclusionem...

Sed adhuc sic insit nonnullus preter ibi dicta, quae verè, & non per fictionem finis propositus per intellectum voluntati movet voluntatem, & effectus, qui ordinatur ad ipsum, habet veram, & realem dependentiam ab ipso...

Resp. ex dictis art. 3. concl. 2. neg. assumptum, movet enim agens in ratione amati, & desiderati, metaphoricè per modum allicientis, & trahentis ad sui consecutionem...

Contra adhuc urgetur, quia finis non causat nisi saltem habeat esse intentionale, & obiectivum in intellectu, ergo saltem in tali esse fundari poterit verus, & realis respectus, physice causalitatis...

Vide, quae supra diximus in hac disp. q. 7. art. 2. ibi enim docuimus causalitatem ideè non esse physicam, sed moralem, quia secundum talem causalitatem ideè est causa sui ipsius...

ARTICULUS VI.

Quamvis agentia propter finem dicatur agere.

200 Cens aliud est intellectuale, & liberum, aliud naturale: primum dividitur in increatum, ut est Deus, & creatum, ut Angelus, & hominem...

Dicimus tamen non dari causam finalem propriam in Deo circa actus immanentes, neque circa actiones transeuntes formaliter, aut fundamentaliter inspectas...

201 Secundum, quod necesse est detur respectu actionum transeuntium (in quo descrepant Doctores, eo quia non consentiunt in formalitate actionis divinae) probatur, quia actiones divinae transeuntes formaliter dicunt vel solum terminationem realem dependentiae effectus creati...

Tertio, quod in ordine ad res productas dicitur Deus agere propter finem: habetur a Scot. dicit. 1. cit. et dicit. 2. q. 2. R. et 4. d. 49. q. 8. F. et probatur; Tum quia causa finalis ut sic nullam includit imperfectionem...

Contra adhuc urgetur, quia finis non causat nisi saltem habeat esse intentionale, & obiectivum in intellectu, ergo saltem in tali esse fundari poterit verus, & realis respectus, physice causalitatis, atque adeo dici vera causa physica...

